



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

175. An Domini teneantur præstare salarium famulis infirmi? Ex p. 1. tr. 8.
res. 6.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)

RESOL. CLXXIII.

An famulus conductus per annum, si discedat ante tempus completum, perdat mercedem? Ex p. 3, tract. 6. & Misc. 2. Refol. 15.

§. 1. **H**ic casus frequenter solet accidere, & affirmatiuam sententiam tenet Bart. in l. si uno, §. item cum qui iam ff. locat. sed hoc procedit in foro iudiciali. Vnde in conscientia tenetur dominus famulum redeuntem admittere, vel ei soluere mercedem temporis quo seruauit, etiamsi redire nolit, nisi domini multum interesset immoratio, & seruitium famuli, nam in tali casu puto ad nihil teneri in conscientia, si eius interesse tantum valeat, quantum id quod famulo debet. Et ita tenet Rebellius p. 2. lib. 1. 4. q. 13, num. 18. & Ioannes Valerus in differ. entis vtriusque fori, ver. locario, differ. 4. Vide etiam Azorium p. 2. lib. 2. c. 39. q. 7. Ioan. Franciscum Suarez in Enchyridio casuum conscientie, lib. 1. ver. locario, §. famulo, & alios.

RESOL. CLXXIV.

An filius, v. g. Cauponis, Mercatoris, &c. possit exigere salarium, quia patria bona administravit? Etsi filius ob meritum reuerentialem supradictum salarium petere non audeat, an clam a patre accipere possit? Ex p. 4, tract. 4. & Misc. Ref. 66.

Sup hoc infra in tr. 7. ex lata doctrina Ref. 45. recitantur propè finem §. Ex doctrina, sed lege illum per totum.

§. 1. **N**egatiuè respondent Glossa in l. cum oportet, C. de bonis que liberis, &c. ver. ex eius substantia Petrus Nauarra de restit. lib. 3. c. 1. n. 76. Molina de iustit. tom. 1. tract. 2. disp. 2. 4. & alij communiter, filius enim dum in domo patris degit, obligatus esse videtur ad obsequiales operas.

2. Verùm quia hic casus frequenter potest accidere, ego contrariam sententiam probabilem & tutam esse existimo, cum enim in tali casu lacrum non tantum ex bonis patris, sed etiam ex filij industria proueniat, ideo partim inter profectitia, partim verò inter aduentitia bona numerandum esse videtur, ex quo inferitur quòd si solus pater lucrum accipiat, nullamque eius partem filio quasi societatis iure relinquat, tum tantumdem salarij ipsi dare obligatum esse, quantum extraneo alicui deberet, saltem si filius exigat; sin autem ob meritum reuerentialem petere non audeat (vt mihi accidit in facti contingentia cum quodam penitente), vel probè sciat si petat se repulsam laturum esse, dicendum est, filium clam à patre accipere posse; & hæc omnia docet Layman in Theolog. mor. lib. 3. tit. 5. tract. 4. c. 8. n. 6. qui citat Lessium, Nauarrum, Lopez, & Angelum; vnde in tali casu aduertant Confessarij non imponere penitentibus onus restitutionis, nisi vltra æstimationem laboris ac industriae suæ acciperent, computatis in dicta æstimatione expensis, quas pater fecit in illo alendo.

RESOL. CLXXV.

An Domini teneantur prestare salarium famulis infirmis? Ex p. 1. tr. 8. Ref. 86.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondent, Speculator in titul. de locat. §. postquam iam plenè, n. 20. Marius Antoninus var. resol. lib. 1. resol. 92. n. 7. Homobonus de stat. part. 2. c. 23. Grassius decif. p. 1. lib. 3. c. 8. n. 7. Nauarra de restit. lib. 2. c. 2. n. 213. Genuensis in praxi, c. 47. n. 2. & alij penes Monetam tract. de distrib. p. 2. q. 6.

n. 4. & 6. & alij apud Couarruniam lib. 3. var. resol. c. 13. n. 8. qui meritò contrariam sententiam docet; & post illum tenet Molina de iust. tom. 2. tr. 2. disp. 493. num. 3. Megala in 2. 2. lib. 2. c. 8. q. 1. n. 16. Flotes de Mena lib. 1. var. q. 8 §. 2. n. 17. Layman in Theolog. mor. lib. 5. tr. 5. c. 1. n. 7. Barbosa in suis collect. tom. 1. lib. 3. tit. 6. c. 1. n. 5. vbi ex Gutierrez, & alijs aduersus Azorium p. 2. lib. 8. c. 14. q. 3. docet, famulum teneri soluere expensas domino, quas in sua curatione fecit; quod etiam tenet Reginaldus tom. 2. l. 25. c. 40. n. 517.

2. Dico igitur, quòd dominus non tenetur soluere salarium famulo infirmo pro tempore infirmitatis, modò famulus non existat in extrema, vel graui necessitate: tum enim certum est teneri; obligatione tamen charitatis, & modò non adfit consuetudo gentis, & prouincie in contrarium. Imò, si quos sumptus in eocurando fecerit, potest illos ab eo exigere: quia iidem sumptus non ad dominum, sed ad famulum locantem se pertinent. Et ratio horum omnium est: quia verè ita per famulum, quominus operas suas non presteret; & licet in hoc culpa non habeat, tamen verè deficit in iis prestandis. Et ideo hæc sententiam docet etiam nouissimè, præter DD. citatos, Filiucius tom. 2. tract. 28. part. 2. c. 4. n. 84. & Rebellius part. 2. lib. 14. q. 15. n. 1. & 2. qui citat Syluestrum, Angelum, & Tabienam. Vide etiam Ioan. Valerum in differ. vtriusque fori, verb. alimen. diff. 8. n. 2.

RESOL. CLXXVI.

Quadam practicabilia valdè notanda à Confessarijs circa famulos, & sartores. Ex part. 3, tract. 6. & Miscellan. 2. Refol. 16.

§. 1. **H**enriquez, Villalobos, vir quidem doctus in Hum. tom. 2. tract. 25. diff. 13. n. 6. ita circa famulos, & sartores asserit. [Muchas vezes acontece, que los criados fe quexan que no les pagan lo que merçen, y toman ellos secretamente algo de mas por via de recompensa, y aun los oficiales tambien, se quedan por esso con sobras, & retazos de la obra, quanto à esto digo que estos criados cometen hurto, si no es que los hagan seruir por fuerza, & engaño. La razon es, porque si el salario llega al infimo precio justo, basta que no les deuen mas, y si no llega y no les consta, cierto es, que no lo podran tomar, y quando dixissen, que no llega a infimo precio, parece que no se les puede creer, porque si ellos hallaram otro que les diera mas, no seruiran aquel amo, y pues no le halla son como mercaderias, que se ruega con ellas y por esso valen menos, que los seruicios valen menos por falta de amos, como las mercaderias, por falta de compradores, y ansi no tienen de que se quexar. Y si dicen que si tuuiera mas fidelidad y puntualidad, respondeseles, que no merçen mas en dinero, si no en otros agradecimientos. Confirmafe esto, porque en este caso no tuuiera el amo al criado si entendiera que le costaua tan caro, y es contra razon querer que otro compre à alquile por el precio que el no quiere, y ansi rarissimas vezes se puede justificar esta recompensa de los criados, si no es que interuenga miedo, & fuerza. Lo que toca à los oficiales, que de ordinario son los sastres, y otros semejantes se ha de juzgar por el mismo camino, y ansi no pueden recompensar el precio por dezir que les dan poco por lo que hazen, sino huuiesse miedo, & fuerza, y en lo que toca à las sobras, y retazos con que estos algunas vezes se quedam. Mi parecer es, que quando fe entiende de la voluntad presumpta de señor de la obra, que no quiere, que le bueluan las sobras se podran quedar con ella, y tal creeria yo que es quando fuessè de poco valor lo que sobra,